



## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

**Luxemburgi, MDCCXLI.**

104. Æquum arbitramur &c. Constitutio Sanctiss. D. N. Innocentii Papæ  
XIII., quâ assignatio Loci fixi perpetuo inter Auditores Rotæ Maceratensis,  
à sa. mem. Clemente Papâ XI. factâ uni ex Civibus ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74859](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74859)



ANNO 1720.

Quæ omnia indulta Sua Sanctitas suspenderat ad suum, & Sedis Apostolicæ beneplacitum.

Observationum cessatio propter quas suspensa fuerat.

Ejusmodi suspensionem relaxat, & revocata.

Cum decreto irritanti, & clausulis constitutis.

Et derogatione quibuscumque contrariis.

Novissimè verò certis ex causis tunc expressis adducti omnes, & singulas gratias supradictas à Nobis eidem Philippo V. Regi ad sexennium, & quinquennium respectivè prorogatas, ampliatas, & extensas, seu de novo concessas, & indultas, ut præfertur, tametsi sexennium, & quinquennium hujusmodi adhuc durarent, expeditasque desuper literas nostras prædictas, nec non omnia, & singula in eis contenta ad nostrum, & Sedis Apostolicæ beneplacitum suspendimus, ac suspensas esse, & fore declaravimus, & aliis prout in aliis nostris desuper in simili forma Brevis die iv. Junii MDCCXVIII. expeditis literis, quarum, & cæterarum nostrarum literarum omnium prædictarum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur.

§. 1. Cum autem rationes illæ, quæ Nos ad ejusmodi suspensionem decernendam impulerunt, jam cessaverint; Sexennium verò, ac quinquennium prædicta, ad quæ eadem gratiæ pro Nos antea extensæ, & prorogata, seu de novo concessæ fuerant, adhuc de præfenti durent, cupiatque propterea idem Philippus V. Rex eandem suspensionem à Nobis è medio tolli, ac alias in præmissis opportunè provideri, & ut infra. indulgeri; Nos ipsius Philippi Regis desiderio hac in re, quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, supplicationibus ejusdem Philippi Regis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, suspensionem omnium memoratarum gratiarum, expeditarumque desuper literarum, ac in eis contentorum hujusmodi, ad Nos trum, & dictæ Sedis beneplacitum, sicut præmittitur, factam auctoritate Apostolicâ tenore præsentium relaxamus, & revocamus, ac ex nunc relaxatam, & revocatam fore, & esse decernimus, & declaramus. Quodque eadem gratiæ de cætero, durante, scilicet reliquo tempore sexennii, ac quinquennii respectivè, ad quod illæ à Nobis postremò prorogata, & integrum effectum sortiri possint, ac debeant, eadem auctoritate harum serie statimus, & ordinamus.

§. 2. Decernentes pariter easdem præsentibus literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque itidem plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, neque de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet etiam formali, & substantiali defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam revocari, aut adversus illas apercitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu proprio, ac de Apostolicâ potestatis plenitudine concessio, vel emanato, quempiam in iudicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse, sed ipsas præsentibus literas illis, ad quos spectabit in futurum in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari, & ab illis respectivè inviolabiliter observari, sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & dictæ Sedis Nuncios, aliove quolibet quæcumque præminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublatâ eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non

omnibus, & singulis illis, quæ in posterioribus literis nostris prædictis concessimus non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiasticâ dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides tam in iudicio, quam extra illud ubique adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 20. Septembris MDCCXX. Pontificatus nostri anno vigesimo.

CONSTITUTIO

CIV.

Sanctissimi D. N. Innocentii Papæ XIII. quâ assignatio loci fixi perpetui inter Auditores Rotæ Maceratenis à sa. mem. Clemente Papâ XI. factâ uni ex Civibus Civitatis Urbini, qui in illius Universitate lauream doctoralem susceperit, & Collegio Doctorum ejusdem Civitatis adscriptus sit, amplissimè confirmatur.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Æ Quam arbitramur, & congruum, ut ea, quæ de Romani Pontificis gratiâ processerunt, licet ejus superveniente obitu literæ desuper confectæ minimè fuerint, suum debitum sortiantur effectum. Aliàs siquidem sel. rec. Clemens Papa XI. Prædecessor noster, quantâ olim studiorum, & liberalium artium laude, & quibus insignium Mirorum ingeniis, & gloria Civitas nostra, tunc sua Urbinaten., Patria ejus dilectissima floruerit, summâ cum animi sui jucunditate recolens, eâ recordatione, ac sincerâ fidei, & devotionis affectu, quem dilecti Filii Communitas, & homines dictæ Civitatis erga eundem Clementem Prædecessorem, & Sedem Apostolicam gerere comprobabantur, meritò inductas fuit, ut quemadmodum Agricola ei solo, cujus ubertatem agnoscit, culturam, & semen impendit, ita idem Clemens Prædecessor in eandem Civitatem Apostolicæ beneficentiæ suæ munera, quibus liberalium artium hujusmodi, ac præsertim legum, quas non solum ornamenta Civitatum, sed etiam præsidia esse constat, studia foventur, & reviviscerent, quam libentissimè conferret.

§. 1. Accepto igitur per eundem Clementem Prædecessorem, quod dudum rec. mem. Sixtus Papa V. pariter Prædecessor noster, tunc suus, in Civitate nostra, tunc sua Maceraten. unum Tribunal Audientiæ causarum Rotam nuncupatum, quod constare deberet quinque Judicibus Auditoribus nuncupatis, ad causarum, & litium Provincialium Provinciae Marchiæ expeditionem, perpetuò erexerit, & instituerit, quatuor verò ex quinque Auditoribus hujusmodi, dum illorum officia pro tempore vacare contingit, à Romano Pontifice pro tempore existente deputandi sint; dictus Clemens Prædecessor in prædicta Civitate Urbinaten., pristinum ingeniorum, & animorum ad literarum, & præsertim Legum studia vigorem, & alacritatem propositis honorum præmiis excitare, simulque perpetuum aliquod Patriæ suæ erga eam benevolentia monumentum extare cupiens, & literarum dicti Sixti Prædecessoris super erectione dicti Tribunalis emanatarum tenorem, & datam etiam veriore, & alia quæcumque etiam specificam, & individuum mentionem, & expressionem requirementia pro plenè, & sufficienter

Fides adhibeatur transumptis.

Prozmium.

Civitas Urbini insignium Virorum gloria semper floruit.

Patria Clementis XI.

Sixtus V. Tribunal Rotæ Maceratenis instituit, quam quinque Auditoribus constituta voluit.

Electio quatuor ex ipsis Romano Pontifici pro tempore existenti reservavit.



expressis, & insertis habens, motu proprio, non ad Communitatis, & hominum præscriptorum, aut cuiusvis alterius sibi super hoc oblata petitionis instantiam, sed ex certâ scientiâ, & maturâ deliberatione suis, deque Apostolica potestatis plenitudine sub data videlicet die xviii Augusti MDCCV. Pontificatus sui anno quinto, deinceps unum ex Officiis huiusmodi cum omnibus, & singulis illius facultatibus, auctoritatibus, honoribus, præminentis, antelationibus, obventionibus, & emolumentis uni ex Civibus originariis Civitatis Urbinatensium, qui in illius studii generalis Universitate, ad doctoratus lauream in utroque iure promoti, nec non Collegio etiam generali, ut vocant, Doctorum ipsius Civitatis adscripti fuissent, ac cæteroqui qualitatibus iuxta formam dictarum Sixti Prædecessoris litterarum præditi reperirentur à dicto Collegio Generali pro tempore nominandis, perpetuò concessit, & assignavit, ita scilicet, ut idem Collegium tres Cives originarios Urbinatenses, sicut præmittitur, promotos, adscriptos, & qualificados, quos non favore, gratiâ, precibus, aut quâvis aliâ ambitione, seu corruptelâ, sed uniuscuiusque merito maturè considerato, magis idoneos, & aptiores in Domino iudicasset, ad dictum Auditoratus officium, quod ad quinquennium concedi consuevit, ex tunc, & perpetuis futuris temporibus de quinquennio in quinquennium recurrente, seu aliâs quomolibet, & quandocumque contingente illius vacatione nominare, unus verò ex tribus sic nominatis per eundem Clementem Prædecessorem, & Romanum Pontificem pro tempore existentem ad officium huiusmodi assumi respectivè deberet, nec unquam idem officium à prædicto Clemente Prædecessore, ut præfertur, concessum, & assignatum aliis, quàm Civibus originariis Urbinatensibus, sicut præmittitur, nominandis concedi, aut assignari, vel de eo in aliorum, quàm Civium originariorum huiusmodi sic nominandorum favorem disponsi ullatenus posset, aut deberet; Decernens quascumque collationes, concessiones, assignationes, aut alias dispositiones de eodem Auditoratus officio in aliorum, quàm Civium originariorum prædictorum favorem, ut præfertur, quomodocumque, & qualitercumque pro tempore faciendas nullas, irritas, & inanes, nulliusque roboris, vel momenti fore, & esse, ac nulli prorsus suffragari, sed litteras desuper conficiendas, & in eis contentas, ac inde cæteroqui legitime secutura quæcumque, etiam ex eo, quòd quilibet etiam specificâ, & individuâ mentione digni in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, neque causæ, propter quas eadem litteræ emanassent, sufficienter adductæ, verificatæ, & iustificatæ fuissent, aut ex alia, etiam quantumvis legitima, juridicâ, & privilegiatâ causâ, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vicio, seu intentionis suæ, aut interesse habentium consensus, aliòve quolibet etiam quantumvis magno, ac substantiali, ac incogitato, & incogitabili, individuamque expressionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, retractari, vel modificari, ad viam, seu terminos juris reduci, aut adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu, scientiâ, & potestatis plenitudine paribus concessio, vel emanato, quempiam in iudicio, vel extra illud uti, seu se iuvare nullo modo posse, sed ipsas litteras conficiendas sem-

per firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectasset in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari, & ab illis respectivè inviolabiliter observari; Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales etiam de Latere Legatos, cæteroque quoslibet quæcumque præminentiam, & potestatem fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quâvis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quâvis auctoritate scienter, vel ignoranter contingeret attentari: Non obstantibus prædictis Sixti Prædecessoris litteris, ac piæ mem. Bonifacii PP. VIII. Prædecessoris nostri tunc sui de una, & Concilii Generalis de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate earumdem litterarum in iudicium non traheretur, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non Civitatis Maceraten. & Tribunalis prædictorum, ac quibusvis aliis etiam juramento, confirmatione Apostolicâ, vel quâvis firmitate aliâ roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis eidem Civitati, & Tribunali, & quibusvis aliis personis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu, scientiâ, & potestatis plenitudine paribus etiam consistorialiter, & aliâs quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, ac pluries, & quantiscumque vicibus approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specificâ, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis aliâ expressio habenda, aut aliqua aliâ exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, & infererentur litteris conficiendis huiusmodi pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habens, illis aliâs in suo robore permanentibus ad præmissorum effectum ea vice dumtaxat specialiter, & expressè derogavit, ac plenissimè, & amplissimè derogatum esse voluit cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 2. Ne autem de concessione, & assignatione perpetuâ Auditoratus Rotæ Maceraten. uni ex Civibus originariis dictæ Civitatis Urbinatensium, à prædicto Clemente Prædecessore facta, ac decreto, derogatione, cæterisque prædictis pro eo quod super illis ipsius Clementis Prædecessoris litteræ confectæ minimè fuerint, valeat, quomodolibet hæsitari, ac Cives Originarii prædicti illarum frustrantur effectu, volumus, & Apostolicâ auctoritate decernimus, quod concessio, assignatio, decretum, derogatio, aliæque prædicta memorati Clementis Prædecessoris à dicta die xviii. Augusti MDCCV. suum sortiantur effectum, perinde ac si super illis ipsius Clementis Prædecessoris litteræ sub eisdem diei data confectæ fuissent, prout superius enarratur, quodque præsentem nostrâ litteræ ad probandum plenè concessionem, assignationem, decretum, derogationem, cæteraque prædicta eisdem Clementis Prædecessoris ubique sufficientia, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur, & nihilominus, quatenus opus sit, omnia, & singula præmissa motu, scientiâ, & potestatis plenitudine paribus iterum, & ex integro tenore præsentium concedimus.

Clemens XI. die 12. Augusti 1705. unum ex huiusmodi officiis in dicta Rota perpetuò assignavit uni ex Civibus originariis Urbini, qui in illius Universitate ad lauream doctoralem promotus, & Collegio Doctorum adscriptus sit.

Ita tamen ut occurrente vacatione præfatum Collegium tres Cives, ut præfertur, qualificados nominare debeat.

Et unus ex tribus sic nominatis à Romano Pontifice eligatur.

Decernens irritum, ac inane quidquid fecerit contrariè.

Cum clausula sublata, & aliis consuetis.

Cum amplissimis derogationibus quibuscumque contrariis.

Litteræ tamen Apostolicæ super huiusmodi gratiâ à Clemente XI. facta expeditæ non fuerunt.

Quapropter Sanctiss. Innocentius XIII. eandem gratiam benigne confirmat.

Et quatenus opus sit, illam ex integro concessio, & effectum sortiri debere decernit, & mandat.



Et præsentium literarum Executores deputat Episcopos Oſtien. & Portuen. & A. C. cum facultatibus necessariis, & conſuetis.

§. 3. Quocirca Venerabilibus Fratribus Noſtris Oſtien. & Portuen. Episcopis, ac dilecto filio Cauſarum Curia Camera Apoſtolicae Generali Auditori per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quacumque ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte diſti Collegii Generalis fuerint requiſiti ſolemniter publicantes, eique in præmiſſis efficaciſſimi defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant auctoritate noſtra illud earumdem præſentium literarum commodo, & effectu pacificè frui, & gaudere, non permittentibus illud deſuper à quoquam quomodolibet indebitè moleſtari, contradictores quoſlibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, & poenas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis. Non obſtan. omnibus & ſingulis illis, quæ d. Clemens Prædeceſſor voluit non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die 27. Novembris 1721. Pontificatus noſtri anno primo.

F. Card. Oliverius.

CV.

CONSTITUTIO

Sanctiſſimi D. N. Innocentii Papæ XIII. qua literæ Apoſtolica ſan. mem. Clementis Papæ XI. confirmatoriæ diverſorum Privilegiolorum, ac Indultorum à Romanis Pontificibus Univerſitati Studii generalis, & Collegio Doctorem Urbini conſeſſorum, nec non aliquorum Edictorum, & Decretorum in utriuſque favorem, à Ducibus, & pro tempore Legatis, & V. Legatis ejuſdem Civitatis editorum, ampliſſimè confirmantur.

INNOCENTIUS EPISCOPUS,

SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Præmium.

Rationi congruit, & convenit æquitati, ut ea, quæ de Romani Pontificis gratia, ac benignitate proceſſerint, licet ejus ſuperveniente obitu literæ Apoſtolicae deſuper expediri non fuerint, debitum conſequantur effectum.

§. I. Cum itaque, ſicut accepimus, ſel. rec. Clemens P. P. XI. Prædeceſſor noſter cupiens Civitati noſtræ, tunc ſuæ, Urbini, ubi natus, & educatus fuerat, quamque nedum ortu ſuo, ſed ſuis etiam eximiis virtutibus plurimum illuſtravit, præcipuum aliquod Pontificiæ ſuæ charitatis, & beneficentiæ argumentum tribuere, ac poſſiſſimum erga Univerſitatem ſtudii generalis ibidem Apoſtolica auctoritate dudum erectam, in qua olim doctorali laurea decoratus; nec non erga Collegium I. V. Doctorem inibi pari auctoritate inſtitutum, cui ille itidem, dum in minoribus eſſet gradibus, adſcriptus fuerat, grati, memoriſque animi ſui propenſionem palam oſtendere, & declarare, nonnulla privilegia, & indulta à diverſis Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus etiam noſtris, tunc ſuis, Univerſitati Studii generalis, & Collegio Doctorem prædiſtis olim conceſſa, ac inſuper nonnulla Edicta, & Decreta in utriuſque favorem à Ducibus, & pro tempore Legatis, & V. Legatis ejuſdem Civitatis Urbini edita, ut in poſterum obſervarentur exactius, paulò antequam viam univerſæ carnis in-

Civitas Urbini Patria Clementis XI.

Qui ibidem doctorali laurea decoratus & Collegio Doctorem adſcriptus fuit confirmavit privilegia eidem Collegio, ac Univerſitati conceſſa.

grederetur, nempe Menſe Martio proxime præterito, Apoſtolica auctoritate approbaverit, & confirmaverit, pluraque alia ad eorumdem Univerſitatis, & Collegii decus, ac utilitatem diſpoſuerit per ſuas literas, quæ tamen ob ejus ſubſecutum obitum ab illo ſubſignari, & conſueto Romanæ Curia more expediri minimè potuerunt, tenoris ſequentis, videlicet.

§. 2. CLEMENS Episcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Inter multiplices, atque graviffimas ſolicitudines, quas pro communi univerſi Chriſtiani Gregis vigilantia noſtra divina diſpoſitione commiſſi regimine, ac utilitate dies, nocteſque ſuſcipimus, illa poſſimum cor noſtrum vehementer, pulſat, & angit, ut Populorum S. R. E. etiam in temporalibus ſubditorum commodis, & proſpero, felicique ſtatu paternâ charitate conſulamur, ac ea præferim, per quæ literarum ſtudia foventur, Juventus liberalibus diſciplinis, & doctrinis eruditur, Juris in primis utriuſque prudentia, ſine qua Republica rite gubernari nequiret, addiſcitur, & recta cauſarum forenſium cognoscendarum, juſtitiaque adminiſtrandæ ratio cuſtoditur; omni adhibita ope, ſedulitate, & cura promoveamus, Quo quidem paterni amoris ſenſu ſi cæteras omnes Pontificiæ Diſionis Civitates merito reſpicimus, dignum proſectò, juſtumque eſt, ut Civitatem noſtram Urbinatenſem, ubi vitæ limen attigimus, ac primis literarum rudimentis imbuti fuimus, quæque omni tempore totius Urbinatenſis Ducatus Princeps, & Caput extitit, & plurimos talit non tam bonarum artium, & mathematicarum præſertim diſciplinarum laude, imò etiam militari gloriâ inſignes, quàm Eccleſiaſticarum dignitatum ſplendore conſpicuos Viros; apud quos itidem, & ſolidæ pietatis, orthodoxæque Religionis cultus, ac ſumma in Romanos Pontifices, & Apoſtolicam Sedem obſervantia, & ſtudium ſemper enituit, propenſiori quodam affectu, naturâ ipſa dictante, reſpiciamus, ac unicè in Chriſto diligamus. Nec minùs æquum arbitramur, & congruum, ut Univerſitatem quoque ſtudii generalis illic Apoſtolica auctoritate erectam, in qua Nos olim lauream doctoralem accepimus, ac inſuper Collegium I. V. Doctorem ibidem pari auctoritate inſtitutum, unde Viri ſæpenumero prodierunt doctrinæ tamâ celebres illuſtriumque munerum ab ipſis rectè geſtorum merito commendati, cui Nos etiam adſcriptos aliquando fuiſſe non ſine voluptate meminimus, paternâ dilectione complectamur, gratæque voluntatis noſtræ, ac ſimul Pontificiæ largitatiſ ſignificationibus proſequamur.

§. 3. Quocirca plurium Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum, qui Patrias ſuas inſignibus, maximifque beneficiis ornarunt, morem, exemplumque ſecut, inter ipſa Pontificatus noſtri primordia conſiderantes prædiſtam Patriam noſtram dilectiſſimam ingenti quadraginta millium aureorum ære alieno, cui infelix ſuperiorum temporum conditio, & publicæ neceſſitates cauſam præbuerunt, gravari, ac ſerè opprimi, & ob publicorum proventuum tenuitate nedum omni proſus carere ſpe illud unquam diſſolvendi, ſed etiam oneri annuorum ejus fruſtuum ferendo longè imparem eſſe; æquum proinde, munerique noſtro conſentaneum duximus rationem inire, qua graviffimo huic malo occurreretur; inſtitutòque ex pecuniis à Nobis ante aliquos annos collatis Multiplo, cujus adminiſtratio à Viris ad id à Nobis delectis ſummâ fide, ac induſtriâ hactenus geſta fuit, eam jam pecuniarum ſummam conſlavimus, quæ memorato æri alieno penitus extinguendo ſatis erit huncque in uſum quamprimùm juſſu noſtro, benedicente Dòmino, erogabitur.

Sed eo morte ſublato literæ Apoſtolicae expediri non potuerunt.

Tenor literarum Clementis XI.

Urbini Civitas Princeps, & Caput Ducatus Urbina-tenſis.

Inſignium Virorum gloria omni ævo præluxit.

Clemens XI. ingens Patrias æ alienum diſſolvit.